

Heinrich Denzinger

Kompendium der
Glaubensbekenntnisse und
kirchlichen Lehrentscheidungen

Verbessert, erweitert,
ins Deutsche übertragen und
unter Mitarbeit von Helmut Hoving herausgegeben von
Peter Hünemann



37. Auflage
1991

Herder
Freiburg im Breisgau · Basel · Rom · Wien

a) Dekret über die Annahme der heiligen Bücher und der Überlieferungen

Zur Zeit des Konzils wurde die Kanonizität folgender Bücher der Hl. Schrift wiederholt bezweifelt: Tob, Jdt, Weish, Sir, 1-2 Makk, Hebr, 2 Petr, Jak, 2-3 Joh, Jud, Offb, bestimmte Teile von Dan.

Ausg.: SGTr 5,91 / RiTr 11f / MaC 33,22A-E / HaC 10,22C-23B / COeD³ 663f / EnchB Nr. 57-60. - Vgl. den Entwurf des Dekrets: SGTr 5,31f / TheiTr 1,66.

1501 Sacrosancta oecumenica et generalis Tridentina Synodus,
in Spiritu Sancto legitime congregata, ...

hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur, quod promissum ante per Prophetas in Scripturis sanctis Dominus noster Iesus Christus Dei Filius proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omni creaturae praedicari iussit [*cf. Mc 16,15*];

perspiciciensque, hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quae ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditae ad nos usque pervenerunt,

orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tamquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas et continua successione in Ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur.

Sacrorum vero librorum indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt vero infra scripti.

1502 Testamenti Veteris: Quinque Moisis, id est Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Iosue, Iudicum, Ruth, qua-

Das hochheilige ökumenische und allgemeine Konzil von Trient,

im Heiligen Geiste rechtmäßig versammelt, ...

sich immerdar das Ziel vor Augen haltend, daß nach Aufhebung der Irrtümer des Evangeliums Reinheit selbst in der Kirche bewahrt werde, das, einst durch die Propheten in den heiligen Schriften verheißen, unser Herr Jesus Christus, der Sohn Gottes, zuerst mit eigenem Munde verkündete und danach durch seine Apostel als die Quelle aller heilsamen Wahrheit und Sittenlehre jedem Geschöpf predigen ließ [*vgl. Mk 16,15*];

und erkennend, daß diese Wahrheit und Lehre in geschriebenen Büchern und ungeschriebenen Überlieferungen enthalten sind, die, von den Aposteln aus dem Munde Christi selbst empfangen oder von den Aposteln selbst auf Diktat des Heiligen Geistes gleichsam von Hand zu Hand weitergegeben, bis auf uns gekommen sind,

folgt dem Beispiel der rechtgläubigen Väter und nimmt an und verehrt mit dem gleichen Gefühl der Dankbarkeit und der gleichen Ehrfurcht alle Bücher sowohl des Alten als auch des Neuen Testamentes, da der eine Gott Urheber von beiden ist, sowie auch die Überlieferungen - sowohl die, welche zum Glauben, als auch die, welche zu den Sitten gehören - als entweder wörtlich von Christus oder vom Heiligen Geiste diktiert und in beständiger Folge in der katholischen Kirche bewahrt.

Es meinte aber, diesem Dekret ein Verzeichnis der heiligen Bücher beifügen zu sollen, damit keinem ein Zweifel kommen könne, welche es sind, die von diesem Konzil angenommen werden. Es sind aber die im folgenden aufgeführten.

Altes Testament: Fünf (Bücher) Mose, nämlich Genesis, Exodus, Levitikus, Numeri, Deuteronomium; Josua, Richter, Rut,

tuor Regum, duo Paralipomenon, Esdrae primus et secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Davidicum centum quinquaginta psalmodum, Parabola, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetarum minores, id est Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michaeas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias; duo Machabaeorum primus et secundus.

Testamenti Novi: Quatuor Evangelia, secundum Matthaeum, Marcum, Lucam, Ioannem; Actus Apostolorum a Luca Evangelista conscripti, quatuordecim epistolae Pauli Apostoli, ad Romanos, duae ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duae ad Thessalonicenses, duae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos; Petri Apostoli duae, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una, Iudae Apostoli una, et Apocalypsis Ioannis Apostoli.

Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit, et traditiones praedictas sciens et prudens contempserit: anathema sit.

Omnes itaque intelligant, quo ordine et via ipsa Synodus post iactum fidei confessionis fundamentum sit progressura, et quibus potissimum testimoniis ac praesidiis in confirmandis dogmatibus et instaurandis in Ecclesia moribus sit usura.

b) Dekret über die Vulgata-Ausgabe der Bibel und die Auslegungsweise der Heiligen Schrift

Ausg.: SGTf 5,91f / RiTr 12 / MaC 33,22E-23C / HaC 10,23B-E / COeD³ 664f / EnchB Nr. 61-63.

Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans, non parum utilitatis accedere posse Ecclesiae Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quae circumferuntur sacrorum librorum,

vier (Bücher) Könige (= 2 Bücher Samuel, 2 Bücher Könige), zwei Paralipomena (= Chronik), Esra - erstes und zweites (Buch), das Nehemia genannt wird, Tobias, Judit, Ester, Ijob, der davidische Psalter mit einhundertfünfzig Psalmen, Sprüche, Ecclesiastes (= Kohelet bzw. Prediger), Hohelied, Weisheit, Ecclesiasticus (= Jesus Sirach), Jesaja, Jeremia mit Baruch, Ezechiel, Daniel, die zwölf kleineren Propheten, nämlich Hosea, Joël, Amos, Obadja, Jona, Micha, Nahum, Habakuk, Zefanja, Haggai, Sacharja, Maleachi; zwei (Bücher) Makkabäer, das erste und zweite.

Neues Testament: Vier Evangelien, 1503 nach Matthäus, Markus, Lukas, Johannes; die vom Evangelisten Lukas verfaßte Apostelgeschichte, vierzehn Briefe des Apostels Paulus, an die Römer, zwei an die Korinther, an die Galater, an die Epheser, an die Philipper, an die Kolosser, zwei an die Thessalonicher, zwei an Timotheus, an Titus, an Philemon, an die Hebräer; zwei (Briefe) des Apostels Petrus, drei des Apostels Johannes, einer des Apostels Jakobus, einer des Apostels Judas und die Offenbarung des Apostels Johannes.

Wer aber diese Bücher nicht vollständig 1504 mit allen ihren Teilen, wie sie in der katholischen Kirche gelesen zu werden pflegen und in der alten lateinischen Vulgata-Ausgabe enthalten sind, als heilig und kanonisch anerkennt und die vorher erwähnten Überlieferungen wissentlich und absichtlich verachtet: der sei mit dem Anathema belegt.

Alle sollen deshalb erkennen, in welcher 1505 Ordnung und auf welchem Wege dieses Konzil nach der Errichtung des Fundamentes des Glaubensbekenntnisses fortschreiten wird und welcher Zeugnisse und Hilfen es sich bei der Festigung der Glaubenslehren und der Erneuerung der Sitten in der Kirche hauptsächlich bedienen wird.

Erwägend, daß der Kirche Gottes nicht 1506 wenig an Nutzen zuteil werden könne, wenn bekannt wird, welche von allen lateinischen Ausgaben, die von den heiligen Büchern im

quaenam pro authentica habenda sit, innotescat:

statuit et declarat, ut haec ipsa vetus et vulgata editio, quae longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus et expositionibus pro authentica habeatur, et quod nemo illam reicere quovis praetextu audeat vel praesumat [cf. *3825].

1507 Praeterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo, suae prudentiae innixus, in rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam contra unanimum consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo umquam tempore in lucem edendae forent. ...

1508 Sed et impressoribus modum in hac parte, ut par est, imponere volens ... statuit, ut posthac sacra Scriptura, potissimum vero haec ipsa vetus et Vulgata editio quam emendatissime imprimatur, nullique liceat imprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario ...

1510-1516: 5. Sitzung, 17. Juni 1546: Dekret über die Ursünde

Die Beratung über die Ursünde begann am 24. Mai 1546. Am selben Tag schlug Kardinal Pedro Pacheco von Jaen vor, die Unbefleckte Empfängnis Mariens zu definieren (vgl. SGTr 5,166₃₁₋₃₃; 5,199₁₀). Den Anlaß für das Dekret bot vor allem Luthers Auffassung vom Zusammenhang zwischen Ursünde und Begehrlichkeit sowie die Praxis der Wiedertäufer. Von den vorbereitenden Arbeiten empfiehlt es sich, den am 5. Juni vorgelegten Entwurf (SGTr 5,196f / TheiTr 1,130a-131a) mit dem endgültigen Dekret zu vergleichen.

Ausg.: SGTr 5,238-240 / RiTr 13-15 / MaC 33,27A-29B / HaC 10,27C-29C / COeD³ 665-667.

1510 Ut fides nostra catholica, "sine qua impossibile est placere Deo" [Hbr 11,6], purgatis erroribus in sua sinceritate integra et illibata permaneat, et ne populus christianus "omni vento doctrinae circumferatur" [Eph 4,14],

Umlauf sind, für authentisch zu halten ist,

beschließt und erklärt dasselbe hochheilige Konzil überdies, daß diese alte Vulgata-Ausgabe, die durch den langen Gebrauch so vieler Jahrhunderte in der Kirche anerkannt ist, bei öffentlichen Lesungen, Disputationen, Predigten und Auslegungen als authentisch gelten soll, und daß niemand wagen oder sich unterstehen soll, diese unter irgendeinem Vorwand zu verwerfen [vgl. *3825].

Außerdem beschließt es, um leichtfertige Geister zu zügeln, daß niemand wagen soll, auf eigene Klugheit gestützt in Fragen des Glaubens und der Sitten, soweit sie zum Gebäude christlicher Lehre gehören, die heilige Schrift nach den eigenen Ansichten zu verdrehen und diese selbe heilige Schrift gegen jenen Sinn, den die heilige Mutter Kirche festgehalten hat und festhält, deren Aufgabe es ist, über den wahren Sinn und die Auslegung der heiligen Schriften zu urteilen, oder auch gegen die einmütige Übereinstimmung der Väter auszulegen, auch wenn diese Auslegungen zu gar keiner Zeit für die Veröffentlichung bestimmt sein sollten. ...

In der Absicht aber, auch den Druckern in diesem Bereich, wie es sich ziemt, Mäßigung aufzuerlegen, ... bestimmt es, daß künftig die heilige Schrift, vor allem aber diese alte Vulgata-Ausgabe so fehlerfrei wie möglich gedruckt werde, und daß es keinem erlaubt sei, irgendwelche Bücher über die heiligen Dinge ohne den Namen des Autors zu drucken bzw. drucken zu lassen, noch diese künftig zu verkaufen oder auch bei sich zu lagern, wenn sie nicht zuerst vom Ordinarius geprüft und gebilligt wurden ...

Damit unser katholischer Glaube, "ohne den es unmöglich ist, Gott zu gefallen" [Hebr 11,6], von Irrtümern gereinigt in seiner unversehrten und unverletzten Reinheit fortbestehe und das christliche Volk nicht "von jedem Wind der Lehre umhergetrieben werde" [Eph 4,14]